

MEDITA-  
TIONES GRAECA  
nicæ, in artem Grammaticam,  
autore Nicolao Clenardo.

In eorum gratiam, qui uiua præceptoris uoce de-  
stituuntur, & literas Græcas suo ipsi du-  
ctu discere coguntur.



EXCVDEBAT THEOBALDV<sup>S</sup>  
PAGANVS LVGDVNI.  
M. D. XXXVIII.

# HUMANIS.

S I M V L Q V E D O-  
ctissi. uiro Iacobo Cantæ, Re-  
uerēdissimi D. Cardinalis Cam-  
pegij summo cubiculario,  
Nicolaus Clenardus.

S. P. D.

Aepenumero mihi uenit  
in mentem, eiusmodi li-  
bellum conscribere, qui  
Græcæ linguae studiosis,  
post primum Grammaticæ gu-  
stū, tanq; preceptoris instar esset,  
si quādo uiuæ uocis penuria labo-  
rarent. Atq; id consiliū non defue-  
runt qui probarent: Nihil tamen  
æquè confirmauit, ut tuū doctissi-  
me Canta iudicium. Cùm enim  
nuper Bruxellę de literis agere-  
mus, opere pretium futurum cres-  
debas, si rudimētarijs istis Tyro-  
nibus

3

nibus, scriptor quispiam Græcus  
ita legendus proponeretur, ut si  
guli uersus uerborū thematis insi-  
gnirentur. In illis enim rimandis  
miserè plærosq; angi, quibus hac  
ratiōe scrupuli oēs eximi possent:  
Ibi me ilico minus iam propositi  
pœnitere cœpit, sed quasi oraculi  
autoritate permotus, inchoatum  
alioqui opus absoluere statui, eo-  
dē ferme filo, quod tua prudentia  
demonstraſti. Mitto itaq; istuc  
Meditationes Græcanicas, easq;  
sub nominis tui auspicij editas,  
ut quisquis inde fructus ad studio-  
sam iuuentutem manauerit, eum  
totum propensiissimæ tuæ uolun-  
tati acceptum ferat, Deumq; pre-  
cetur, ut quod præterea de iuan-  
dis bonarum artium studijs ani-  
mo concepisti, felicem sortiatur  
exitum. Mihi certè pro effusissi-

mo isto in literatos homines amo  
re, augurari libet, & ominari  
licet, orbem aliquando sibi gra  
tulaturū, de præclaris Iacobi Can  
tæ meritis. Bene uale uir intes  
gerrime, & Campegiam fa  
miliam literarum gloria, quod  
strennuè facis, illustrare perge.

Louanij Anno. M. D.

X X X I. XII. Ca-

lendas Iu  
lias.

# MEDITA TIONES GRAECA nicæ, in artem Grammati- cam, autore Nicolao Clenardo.

**G**RAMMATICORVM præcep-  
ta, quæ discendis linguis destinata  
sunt, ita demum utilitatem adferunt, si  
et memoria fidei conseruentur, et  
iugi meditatione, adhibito iudicio, tan-  
quam renouentur. Quia quidem in re tantum est mo-  
mēti, ut hic eos peccare potissimum credā, quicūq;  
studia linguarū infelicitē auspicati sunt. Videas plae-  
rosque annos aliquot in quibusuis paſsim obſeruari  
auditorijs, noctes diesq; Grāmaticōs euoluere, pro-  
fessorū dictata religiosissimē describere, et breui-  
ter, oēm (quod dici solet) mouere lapidem, ut artis  
quā ſectātur oēs canones intelligāt, cum interīm tot  
cōſumptis laboribus, ne id quidem ſint aſequuti, ut  
uel nominū teneat declinatiōes, uel uerborū cūiuga-  
tiones. Uſque adeo quosdā transuersos agitat incō-  
ſulta illa diſcēdi libido, nouorū ſemper et incogni-  
torū auiditate ſolicta. Itaq; non immerito graues  
ſepe uiri, Paulino more, illud iſtis occinere ſolēt. Se-  
per diſcētes, et nūquād ad ſciētiam ueritatis per-  
ueniētes. Indignū enim arbitrantur, preciosi tempo-

## MEDITATI. GRAEC.

ris magno dispendio, lingua, aut Græcam, aut Hebræam affectare, cum tot sint alioqui artes egregiae, & mortaliū usibus perquādū necessaria, in quibus summa cū laude uersari possis. Neque tamen stultorum mores plus ualere debent, quam prudentū industria. Quin potius errantes in uiam reducere conuenit, et graſanti latius malo præsentaneum remedium adferre. Quapropter iā nuper Institutionibus in lingua Græcam editis, ubi quicquid eō pertineret, breuiter præcepi, opere pretiū me facturū esse credidi, si discipulorū infirmitati, et temerariæ illorū sedulitati, curā cōſiliūnque pro uirili parte præberem, qui sum ac deorsum citra delectū uarijs lectitandis auferuntur, multarū quidē horarum iactura, sed fructu exiguo. Atque animū induxi, ut libellū aliquem rudi Minerua conſcriberem, ubi Græcarum literarū candidatī, tanquam uocē præceptoris uiuā imitarer, ut haberent qui iā rudimēta percepissent, quid sequi, quid fugere deberet. Delecta ſiquidē epiftola Diui Basilij, nihil intactū reliqui, quod ad istas minutias pertineret, que primō diſcenda eſſent, que cōtrā in præſens omitenda, & in posterū ſeponenda, quam potui fidelissimē cōmonstraui. Neque ab hoc, instituto duxi alienius eſſe, uerbulis ſingulis anxia quadā et barbara ſuperftitione ſuū addere interpretamentū, nihil ueritus, ne in caluniā raperetur, quod paruulis et balbutientibus ipſe quoq; me balbū præſtitifem. Subdidi tamē ſuam unicuique ſentetiæ uerſionem latīnā, ut eā edidit Budaeus, partim ne quis noſtris mo

dō cōspectis, inceptā & illatinam interpretationem, ut æquū est, iridet, partim ut collatis inter se fīlia  
guis, propria utriusq; phrasis agnosceretur. Placēt  
alijs alia, mihi hec uisa est Epistola mirū immodum  
idonea, quæ per omnes (ut ita dicā) syllabas, exactè et  
diligēter excuteretur, propterea quod præter elgan-  
tiſsimā dictionē, et dignam uiro graui uenustatem,  
optimis monitis Christianos mores cōponit, sine qui-  
bus perniciosum est quicquid usquā literarū ediscit-  
tur. Proinde cui in animo sedet nostro cōſilio niti,  
ubi summam Grammatices compendio paruo fuerit  
aſſectus, nominū uerborūque inflectionibus quan-  
tum sat erit degustatis, statim has legat Meditatio-  
nes, neque aliō ſe cōuertat, priusquam totā Epistolā  
pertractauerit, et penſiculādo uestigāndo que ſic lo-  
cis omnibus rationē à ſc ipſe postulauerit, ut citra  
morā quicquid occurrerit, dilucre poſſit, nihil inde  
proferatur uel minimi momēti, quod nō ad ſuū the-  
ma tāquām ad originē referre queat. Nam eiusmodi  
excrcitatio unū aliquē in libellū cōſerēda eſt, ne per  
petuō ad eadē reuoluare moleſtiā. Sed iam, exposita  
noſtri propositi ratiōe, Basiliū iſpsum loquētē au-  
diamus, cuius eſt Epistola ad hunc modū inscripta.

Ἐπιſολὴ τῇ Μεγάλῳ Βαſιλεῖον, πρὸς τῷ  
ἄγιοῦ Γρηγόριοῦ τέμπεόλογον, πτ̄ δὲ καὶ  
ἐρημίᾳ σιαγωγῆς.

Epistola Magni Basilij, ad sanctum Gregorium  
Theologum, de uita in solitudine agenda.

A 7 Seceſſerat

**S**Ecce serat uero Basilius in Pontu, natusq; locu  
contemplationi appositu, eodē Gregoriū pollic  
re studuit, missis ad eū literis, in quibus amoeni  
tate secessus graphicē depingit et laudat. Cūque is  
respondisset, regionis indolē non magnopere spectan  
dā, ubi de lucro pietatis ageretur, et simul uideretur  
istiusmodi illecebris non adducendus, ut et ipse quo  
que in Pontū migraret, ibi Basilius, occasione obla  
ta, pulcherrimā rescripsit epistolā: quam sic auspi  
catur.

Basilius.

**E**πέγνωψ τὰ ἐπισολῶ, ὥστε οἱ τοὺς  
δῆ φίλων ταῖσθαις ἐκ διὰ φανομένης  
ἀντοῖς ὁμοιότητος πρὸς τοὺς τεκόντας ὥγε  
νώσκουσι.

Verbum uerbo redditum.

**A**gnoui tuā Epistolam, ut qui amicorum pro  
les ex apparente in eis similitudine ad paren  
tes agnoscunt.

Interpretatio Budei.

**S**ic tuā Epistolam agnoui, ut iij facere solent, qui  
amicorum liberos ex similitudine in ipsis conspi  
cua agnoscunt.

Scholia.

**H**VNC uertēdi ordinē ad finē usque seruabi  
mus, et ubiq; adiectis scholijs, quoties opus  
erit, ad nostras Institutiones lectorē remitte  
mus, adscripto pagine numero, eoq; minime fallaci.  
Nā tamen si superiore anno, et ferme primo ab edi  
tiōe, supra quatuor milia excusa sint exēplaria, ta

As men

# IN ARTEM GRAM.

mē sedulō curatū est, ut oēs libri paginis inter se se  
cōuenirēt. Quōd si quādo präsentis opusculi locū  
citauerimus, Codicē adducemus, alphabeti literis  
in signitum, & additis numeris. Hæc igitur prefati,  
Meditationes Græcanicas incipiamus.

Vox epistolæ prima est ἐπέγνωψ γνώσκω, id  
est, nosco, compositū autē ex præpositione ἐπὶ, est  
ἐπιγνώσκω, hoc est, agnosco. secundus Aoristus  
actiuus uerbi γνώσκω, est ἐγνώψ, à uerbo in μι Ter  
tiae coniugationis γνῶμι, cuius Futurū pri. est γνά  
σω, à primitiū themate γνώω, unde secundus Aori  
stus actiuus ἐγνώψ, ut οἰδαμι, Futurū δούσω. A o.  
ristus secun. ἐδώψ, cuius formationē quære in Insti  
tutionibus, pagi. s3. Sic à γνῶμι, Futu. γνώσω Ao.  
secun. ἐγνώψ, compositū ἐπέγνωψ, ex præpositio  
ne ἐπὶ & ἐγνώψ. Abiçiunt enim præpositiones ulti  
mam uocale, quoties præfiguntur uocalibus: pag. 22.

Σου τὴν ἐπιστολῶν Genitiuus est pronominis  
primitiui, secūde persone, σὺ σοῦ tu tui, &c. Vsur  
pāt uerò Græci Genitiuos primitiue speciei, ubi La  
tini per possessiuum loquuntur, tuā Epistolam dicen  
tes, non tui Epistolam, illi autē σου τὴν ἐπισολῶν,  
quāq; & possessiuis utantur ἐπισολῆς τὴν σιλῶ.

· ἐπέγνωψ σου) Ex encliticis est σου, ideoq; desti  
tuitur proprio accentu pag. 148. Enclitica uerò non Versu. 9.  
semper accentū remittunt in præcedentem dictionē,  
scd quandoq; solū ipsum amittunt, & τρεῖς τε, πά  
pos γε, sic ἐπέγνωψ σο, id quando fiat, sensu ipse

obseruabis, reperies σῶματον, non autem λέγός  
 τον, recte tamen θεωρητικός τον, σώματά τον.  
 Nam uocabula προπεριστώμενα, id est, que penul-  
 timā circūflectunt, aut προπεριστοντα, id est, que  
 acciūt antepenultimā, ea dictiōis Encliticē suscipiūt  
 accentū, non autem προστοντα, id est, que acciūt  
 penultimā. Tametsi quod ad accentū pertinet, secu-  
 rū adhuc esse præstat, neque multū de his rebus an-  
 gi, priusquam in declinationibus et coiugationibus  
 p̄bēuersatus fueris, & casuū ac tēporū terminatio-  
 nes exacte p̄diceris, tū deniq; ad accētō rōnē ueniē  
 dū erit, & in eo diebus aliquot cōsumēda meditatio,  
 reliquis omnibus omīsis, s. ut ex animo & serio qđ  
 agēdū est, agas. Quādoquidē re ipsa cōperi, plerosa-  
 que in his literis cūm plurimū tēporis cōtriuissent,  
 tñ uix tandem ad eā frugē peruenisse, ut iustā Grāmati-  
 ces cognitionē nacti essent, non aliā ob causam, nisi  
 quod statim omnia simul nosse uoluerint, et nulli tñ  
 rei totos sc̄e dedere. Atq; illud uel maximē linguis  
 p̄uchēdis impedīnēto cōsuevit esse, dū uiri alioqui  
 boni, sed ē quorūdā moribus hæc studia estimāt, pu-  
 tātq; linguis singulis seculū esse tribuēdū, cū tamen,  
 si quis recta ratione rē instituat, nō modō Græcā &  
 Hebreām, sed et Chaldaēam et Arabicām ita noſſe  
 possit, ut reliquis disciplinis percipiendis nihil pror-  
 sus officiant, sed maximē prosint. Proinde, ut ad no-  
 strum institutū recurrat oratio, sic formari uelim di-  
 scipulū, ut primus labor impēdatur declinationibus  
 & coiugationibus, etiam neglegitis accētibus, nisi si

quid obiter suapte industria notarit, deinde se in auctore quopiā exerceat, & singulas minutias excutiat, quemadmodū in Epistola præsentī facere cōpimus. Vbi hoc scopo sibi proposito, iā istam partē satis assecutus erit, mox alterā curam suscipiat, de accentibus, aut de syntaxi, dissimulatis interim illis quæ huc non pertinēt. Itaq; suaserim libellū aliquē huic exercitationi designatū, nō semel tantū euolueret, uerū toutes à capite ad calcē usq; perlustrare, quoties nouā prouinciā capessas, ita enim futurū est, ut & uetera quæ iam didiceris, relectiōe confirmētur, & animus præsentī negocio detetus, minus distrahatur alienis.

$\tau\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}$  Accusatiūs foemininus articuli præpositiū, n̄,  $\tau\tilde{\imath}\tilde{\imath}$ ,  $\tau\tilde{\imath}$ ,  $\tau\acute{\imath}\acute{\imath}$ . Adhibent autē articulū ferme singulis dictionib; interdū certitudinis gratia, interdū etiā ornatus causa, de qua pa. 90. Versu. 3

$\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}$  Accusatiūs singularis, n̄  $\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}$  secundū declinationis, ut  $\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}$ ,  $\tau\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}$ , ut  $\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}$ . Articulus additus facile cōmonstrat nominū genus, numerū & casum, quod si defuerit, adhībito Lexico planū fiet, nā cæteri casus cū Ntō principali syllabā habēt eandē, at in uerborū temporibus alia estratio, propter augmētū. Cum uero dicatur  $\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}$ , &  $\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}$  accētu acuto, hic grauis positus est  $\tau\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}\acute{\imath}$ . Dictiones enim acutæ, nisi ponātur in fine periodi, & sententiā claudāt, mutant acutū in graue ob cōsequētem dictionē, pagina. 151. Versu. 5

$\omega\omega\omega\omega$  ut, quēadmodum, similitudinis aduerbiū, idē significat  $\omega\omega$ . Est enim in plurisq; πς adiectio

syllabica, ut etiā in Articulis subiectiuis, δασθρ.,  
 Versu 21. ἥπτρ, ὅπτρ, pa. 90. Nemo uero sibi molestia asciscat,  
 in memorandis aduerbiorū uarijs significādi modis,  
 aut coniunctionū potestatibus, ut norit quas expleti=  
 uas dicere debeat, quas rationales, aut causales: Illud  
 pro partibus orationis, quas uocant indeclinabiles,  
 satis fuerit, ut quando occurrit in autoribus, signi  
 ficationem & usum obseruet.

οἱ qui, articulus subiectiuis, functus officio re  
 latiui, pagi. 90. quod si scribatur sine accentu οἱ,  
 prepositiuus erit, qui non conueniret uerbo ἐπιγι-  
 ωσκοντι, sed participio οἱ ἐπιγιωσκοντες, id est,  
 agnoscētes, at οἱ ἐπιγιωσκοντι, qui agnoscunt.

Τοὺς δὲ Κλαψ παιδεῖας amicorū liberos, inter  
 articulū dictionis regentis, & ipsam dictionē regen-  
 tē, eleganter collocatur dictio recta cū suo articu-  
 lo, τοὺς παιδεῖας δὲ Κλαψ liberos amicorū, τοὺς  
 δὲ Κλαψ παιδεῖας, amicorū liberos. Sic reliquæ  
 p̄ticule, ut prepositio cū casu, aut aduerbiū, uenustē  
 ponuntur in medio, τὸν μεδ' ἡμῶν Βίον τοὺς ὄντων  
 καθεύδοντες, cuiusmodi sunt apud Latinos, ubi in-  
 ter adiectiuū et substantiuū quipplā interscritur, tēpe-  
 ratū oratiōis genus, summā doctoris autoritatē, &c.  
 Τῷ Κλαψ articulus indicat esse Genitiū plura-  
 lem, à Nominatiuo Tertie declin. οἱ Κλαψ amicus,  
 ut ὁ λόγος τῷ λόγῳ, δὲ φίλῳ. Semper uero Geni-  
 tiū pluralis definit in ω, in omni declinatione,  
 ideoque inde certū Nominatiū non licet colligere,  
 nisi consulto Lexico, aut praeceptore.

Tous παιδ'ας) proles, liberos, οὐκ ἡ παιδεῖς, τοιγ  
τοι παιδός. Quinta declinationis, Accusatiuus plu-  
ralis, tous παιδ'ας, accentum habens in priori syl-  
laba, cū tñ Genitius παιδός ultimā acuat, de hoc Versu. 2.  
pa. 145. cur etiā παιδ'ας circūflectatur, nō aut acua-  
tur, dicēdo παιδ'ας, notatū pa. 145. in ἐσώς ἐσῶτος. Versu. 14

ἐκ δὲ ἐπιφανουρίης) εκ εξ δὲ idem significat,  
sed hoc ante uocalem, δὲ autē ex ipso, illud ante  
consonantē ἐκ πατρός, ex patre. Præpositionum si-  
gnificata, regimen et usum disces optimè legēdis au-  
toribus, et doctorū interpretationibus, quales ætate  
nostra duos insignes uidimus, Erasmū & Budæum,  
Quod si cui libebit alieno magis frui labore, nō ha-  
beo cōsiliū expeditius, q̄ ut ipsius Budæi cōmētarios,  
ubi de præpositionibus accuratissime scripsit, diligē-  
ter perlegat, præsertim si iā in literis grādior sit εξ  
plusculū nactus fuerit iudicij. Alioqui infirmioribus  
et rudibus cōmodū erit Lexicō illud quod nuper Pa-  
risijs excusum est opera Gerardii Morrhiij, q̄ sedulo  
studuit, ut iuuentus in prōptu posita haberet et suo  
loco, nō modò quæ tradidit Budæus, uerū etiā quæ  
cūq; ex aliorū monumētis apicula in morē collegit.

Ἐπιφανουρίης) φάνω, compositum ἐπιφανω,  
ostendo, paſſiū ἐπιφανωμα ostēdor, appareo, re-  
luco, εξ cōſpicuus sum. Nam crebrò paſſiua Græco-  
rū reddimus per neutra Latinorum, aut cōtrā: licet  
enim eandē rem diuerso nominare cōtingat idioma-  
te tamē quæ uocantur apud Grammaticos partium  
orationis accidētia, genus, numerus, figura, εξ hiuſ-

modi, ea nō semper conueniūt, ut nos dicimus in pluri-  
ali, diuitiae diuitiarū, illi singulariter ὁ πλοθτος, τος  
πλούτος, nos deponēti uoce furor, illi uoce actiua  
κλέψω, sic nō mirandū, cum illi dicāt, ἐπιφανός  
μαι sub uoce paſua, nos interpretemur nō solum  
ostendor siue uideor, sed etiā appareo, reluceo, &  
etia per circunlocutionē, conspicuus sum. Igitur ab  
ἐπιφανομαι fit participiū ὁ ἐπιφανόμενος, qui  
ostēditur, apparens, aut si per nomē reddere uelis, cō  
spicuus, Fœmininū ἡ ἐπιφανομή, Secundæ de-  
clinationis, Genitiūs Φ. ἐπιφανομήν.

ἐπιφανομήν αὐτοῖς) apparēte in ipsis. Cōpo-  
sita regūt casum præpositionis, ἀν Datiuo iūgitur  
significans idē quod in, proinde uerbū compositum.  
Datiū habet, ἐπιφανομαι αὐτοῖς, reluceo in ipsis  
nam absurdā fuerit imitatio, in appareo ipsis, quod  
uerbū Latinus nō agnoscit, quò factū est, ut in uer-  
sione præsentis Epistolæ nō sic uerbū uerbo reddere  
potuerimus, quin interdū cogeremur minus esse in-  
cepti, dū saltē Latinis uocibus uti studemus, et si pecu-  
liarem linguae phrasim neglexcrimus: ideo uertimus  
apparente in ipsis, non autem inaparente ipsis.

Αὐτοῖς) Datius pluralis pronominis αὐτός,  
de quo pagina. 89.

ὁμοιοτητ $\Theta$ ) ὁμοι $\Theta$  similis, ἡ ὁμοιότης simili-  
tudo, Φ. ὁμοιοτητ $\Theta$ . Adiectua in os formāt sub-  
statiua fœminini generis in ὅτης, quorū Genitiūs in  
ότητ $\Theta$ , pagina. 16.

Versu. 12

ὁμοιότητος πρὸς τοὺς τυκόντας) obseruabis di-

Etiones, quæ significat conuenire, cōsentire, similem esse, aut cōtrā dissidere, dissetnire, pugnare, &c. præpositioni πρὸς adiūgi, exēpla notabis ubi inciderint.

Πρὸς τοὺς τεκόντας) Præpositio πρὸς cū Accus-  
τοὺς τεκόντας) τίκτω pario, secund. Aori. ἐτε-  
κόντας ab inusitato uerbo τίκτω, ab ἐτεκόντας participiū  
ο τεκτών, τὸ τεκέντος. Accusatiuus pluralis τοὺς  
τεκόντας, id est, eos qui genuerūt, aut pepererūt, Participj  
nempe parentes, quod tamen est nomē nō participiū. præteriti in  
Habet autē Græci in omnibus uerbis, omniū tempo- terpretatio.  
rū participia: Latini nō itē cum sit igitur τεκόντας  
participiū Aoristi, & significet Præteritū, necesse  
est nos circuloqui per uerbū et relatiū, τοὺς τεκό-  
ντας, eos qui genuerūt: nā à uerbis actiuis, ut sunt pa-  
rio, gigno, nō fiunt participia Præteriti temporis,  
ideq; si uelimus adhibere periphrasim, et tamē una  
tantū uocē reddere, uel rationē tēporis negligimus,  
et utimur participio præsenti, gignētes, pariētes,  
aut eius loco nomē ponimus paretes, genitores. Idem  
facito in cæteris, ut si quādo Latinū participiū eius  
dem tēporis nō reperiatur, inuenias nomē quod sal-  
tē significatione cōsentiat, sicut à uerbo κτίζω, Fu-  
turū, κτίσω, Aoristus primus ἐκλοσæ, Participiū,  
ο κτίσας qui creauit, pro quo uerte creatorem:  
· ἐπιγινώσκουσι) agnoscunt, tertia pluralis ab  
ἐπιγινώσκω. Basilius.

τὸ γέρμη μέγα εἶναι φῆσαι, τὴν τὸ τῶν κα-  
τεσκευλῶ, πρὸς τὸ ἐμποῖσαι ὄφελον λατεῖνον φύ-

χῆσσος ἐν τῷ μεθ' ἡμῶν βίοις, πρέπει δὲ πρᾶξι τῇ προόπτει τῷ μάθοις οὐ διδασκαλογίης, σὸν δὲ ὄντως τὸ σκανδόνημα, καὶ τὸ σῆns φυχῆs, δι τῶντα τὰ τῆς φύσεως μηδέπου θεμένης, πρὸς τὴν γνώπτην αγγελίας ἀποκλείνην διαφοράτητα.

Verbum uerbo redditum.

Nam haud magnum esse dicere loci structurām, ad ingenerandū impetum aliquem animo tuo, ad cū nobis uitā, priusquam de modo aliquid didiccris & conuersatione, tuus est reuera sensus, et tui animi omnia hic nihil faciētis, præ in pollicitationibus reposita nobis beatitudine.

Interpretatio Budæi.

Nam quod existimare te ait, magnopere nō referre, habitum structuramq; loci, ad ciendum in animo tuo desideriū uitæ nobiscū agendæ, anteq; cōpertum quippiā habetas de modo et ratione uitæ nostræ, tuus hic est profectio animi q; tuus sensus, qui huius mūdi bona prorsus nihil esse ducas, præaut est beatitudo, quā reconditam in diuinis pollicitationibus habemus.

Scholia.

Ἐν γαρ μὲν γε εἴναι φήσαι, εἰτα. )Sic ordina, τὸ φήσαι τῇ τόπῳ νατασκευὴ μὲν γε εἴναι, id est, dicere loci structurā nō magnum esse, hoc est, non multum habere momēti. Ceterū articulus τὸ, iungitur Infinitiuo φήσαι, tāquam nomini. Siquidē Infinitius siue solus, siue cum casu, nominis uice fungitur, idquē in neutro genere, & hoc loco tanquam Nominatiuushabetur.

A 16 γαρ

$\gamma\alpha\varphi$  enim, nūquā primū locū sibi in oratione uēdi cat, ideoq; uertimus per nā: propterea quod Latini p̄ articulo  $\tau\delta$ , nihil habet quod ponant, nisi dicāt  $\tau\delta$   $\gamma\alpha\varphi$  φῆσαι, ipsum enim dicere, aut, id enim nēpe dicere: ut capiamus articulū pr̄positiuū pro pronomi ne demōstratiuo, id est,  $\tau\delta$  pro τοῦτο, siquidē hoc in terdū fit, pa. 90. alioqui si articulū suo more capias, Versu. 7. cū nihil Latinē respōdeat, turpē foret dicere,  $\tau\delta$   $\gamma\alpha\varphi$  φῆσαι, enim dicere, qua, pp̄ter uertimus, nā dicere.

μή, μέγε) nō magnum, μή non, alia significata in pr̄sens omitte, & suo loco dicenda ducito.

$\mu\epsilon\gamma\alpha$ ) magnū, Adiectiuū neutrū, de quo pag. 104. Versu. 21.

Sēpe alterius generis substatiuo additur adiectiuum neutrū, τῆς τοῦ τόπου κατασκευὴν εἰναι μέγα, loci structurā esse magnū, ueluti substatiue, hoc est, τῇ magnā, aut magni esse momēti, magnopere referre, ut Budaeus uertit.

εἰναι) esse, Infinitiuus ab εἰμί sum, pag. 114. Versu. 10.

φῆσαι) Infinit. Aor. pri. ab Indicat. εφῆσαι, ut Τύ

ψα, ab ετύψα: cur ergo nō φῆσαι ut τύψα accen-

tu acuto? Iā monuimus nō aliud esse agēdū prima le-

ctione huius Epistola, q̄ut casuū, et tēporū, et persō

narū terminationes rimarcemur. et uides terminatio-

ne cōsentire φῆσαι cū τύψα, utrūq; in αε, Quod

ad accētū attinet, αε in huiusmodi solet haberī prō

breui. pa. 144. in lōga uero ante breuē finalē circūfle

ctiz, itaq; scribēdū nō φῆσαι sed φῆσαι, pa. 144 in

Ἐσώσεσῶτθ. Vſitatū uero thema huius infi. φῆ-

σαι, est φημι, de quo pa. 121. Nec tā significit dico, Versu. 1.

quān puto & profiteor : utrumque explicat Bū-  
dēus, τὸ γαρ φῆσαι, nam quod existimare te aīs.

τὴν τὸ τόπου οὐσίαν) de articulo dictionis

Versu. 4. regentis & recte, uide notata Codice A. 12. in τὸν  
τὸ φύλων τῶν δοξῶν.

τόπου) loci, ὁ τόπως, Tertiae decli. τὸ τόπος.

κατασκευή) structurā, ή οὐσίαν, Secundae decli.

πρὸς τὸ ἐμποῖσαι τῷ ψυχῇ τοῦ) ad ingenerādū  
animo tuo. Gerundijs & supinis Graci carēt, in quo  
rum locum subeunt Infinitiui, adiectis articulis neu-  
tri generis, πρὸς τὸ ἐμποῖσαι, hoc est, ut rudiū  
loquamur, ad ingenerarc, id est ad ingenerādū, aut  
causa ingenerandi. Nam prius supinum, gerundium  
in di, uel dum, ferme efficit Infinitiū adminiculō  
præpositionis πρὸς.

ἐμποῖσαι) Infinit. pri. Aor. actiui, ab ἐμποίει  
indo, ingenero, innasci facio, quasi intus facio, uel in  
esse facio, Capiatur simplex ποίει, & per crasis  
ποιῶ, prime coniugationis circumflexorum. Futu.  
ποιέσω, Aor. pri. ἐποίησαι, Inf. ποῖσαι unde cōpo-  
situm ἐμποῖσαι, ab ἐμποίει, ex præpositione γάρ,  
migrat v in μ, propter π sequens. Quo modo  
uerò se habeant præpositiones γάρ & σὺν in com-  
positis, uide pag. 139. in uerbo συγκέντυδος.

Quoties inciderit uerbum compositum, ut facilior  
sit tēporū formatio, tolle præpositionē, & excutito  
simplex, ut modò fecimus in infinitiuo ἐμποῖσαι.

δρμή τωα) desiderium aliquod, & impetum: nā  
hoc propriè nox significat, ueluti cū animus aliquò

fertur, ex aliquid agere gestit, odio uel amore pro-  
uocatus. Nominatiuus est nō ὄγην, Secundæ declina-  
tionis. Accusatiuus τὴν ὄγην, ut τὸ τιμῆν.

τωα) Accusatiuus singularis feminini generis, No-  
minatiuus τις, τωος τωι, τωα, quod habes pag. 17. Versu. 4.

Quāquam si quis recte perceperit ordinē, quem secū-  
ti sumus in Quinta nominū declinatione, facile inue-  
niet omnia, uel nobis tacentibus. Primo scripsimus  
quæ desinerebant in uocalē, nēpe ο, ε, ι, υ, ω: nā nullū nomē  
Quintæ declinatiois desinit in aliquā reliquarū uoca-  
liū, ε, η, ο: deinde sequuntur finita in cōsonatē, nec ullū  
desinit in aliquā iistarū cōsonantium, β, γ, δ, ζ, θ,  
λ, μ, ρ, τ, φ, χ sed in unā reliquarū, nēpe, ν, ξ, ρ, σ,  
ψ, quas quinque cōsonatēs uariè præcedunt uocales  
aut diphthongi, hoc ordine, αρ, ερ, ηρ, ιρ, ορ, ου, υρ,  
υρ, in litera ξ, non uocaliū facimus discrimina, sed  
uarias adscripsimus terminationes Genitui, κΘ,  
γΘ, χΘ, pro affinitate triū inter se mutarum,  
tenuis κ, media γ, aspirata χ: sequitur αρ, ερ,  
ηρ, ορ, υρ, ωρ: deinde ας, αες, αυς, ες, εις, ευς, ης, ις, ος,  
ους, υς, ως: subdūtur quæ in duas desinunt cōsonan-  
tes, λς, ψς, ρς. ultimo quæ in duplēm ψ, desinūt, ubi  
similiter ut in ξ, nō uocaliū habita est ratio, sed Ge-  
nitui πος, ξος, φΘ, pro tribus alijs mutis, tenui π,  
media β, aspirata φ. Hunc ordinem quisquis obser-  
uabit, statim nouerit, ubi querendum erit, quicquid  
occurret de nominibus Quintæ declinationis.

Est aut̄ hoc nomē ις, ex Encliticis, quæ proprio desti-  
tuūt accētu, pag. 146. ὄγηνι ινε pro ὄγηνι ινε. Versu. 10.  
Enclitica enim quandoque non remittunt suum ac-

**Versu. 5.** centū, sed tātū perdunt, ut notatū Codice A. 10. in uoce ἐπέρνωσον. Sic et Enclitica disyllaba, quandoque remittit, ἔνδρωπόν τις, quādoque tātum perdūt, nempe si præcedat πρίττωμα, id est, dictionis cuius ultima circūflectitur, ποιῶτις, aut ὁρώτον, id est, dictio cuius ultima est acuta, κελόρη λέτις, sic hoc loco ὄρμη τις: in cuiusmodi ablatus est accentus ē uoce τις, nec tamē dictio præcedens ullū habet accentū, præter nativū & propriū. Et in istis nō obtinet Canō ille de accentu acuto, qui ob cōsequē

**Versu. 13.** tiā migrat in graue, ut notatū Codice A. 11. in ἐπισολήν. Nā si Encliticū seruaret accentū, scriberemus ὄρμη τις: acutus enim ob cōsequentiam mutatur in graue: at ubi Encliticum accentum perdit, acuta dictio præcedens manebit acuta, ὄρμη τις, nō autem per grauem ὄρμη τις.

**Versu. 24.** Ψυχῆσον) animo tuo, οὐ ψυχῆ, οὐ ψυχῆς, τῇ ψυχῇ, Secundæ declinatiois, ut οὐ λιμὴ, τὸ λιμῆς, τῷ λιμῇ.

**Versu. 6.** σο) Genitiuus à σὺ pronomine, de hoc Codice A. 9. in σον τῇ ἐπισολήν, et in ἐπέρνωσον. Codi. A. 9.

Εἰς τὸ μεθ' ἡμῶν βίον) præpositio εἰς, cū Accusa-

tiuo, εἰς βίον ad uitam. Budeus ὄρμη εἰς τὸ βίον,

hoc est, uerbū ē uerbo, impetum ad uitā: uertit de-

**Interpretis officium.** siderium uitæ. Non enim interpretis officiu est anxia

quādā religione numerare uoculas, et syllabis aſſide-

re, sed Latinis auribus satisfacere, & Græcanicas

figuras quādā maximē fugere, ad quod nihil eque cō-

ducit, atq; ratio copia, in qua quisquis erit bene uer-

satus, is facile præstabit rectum interpretem.

τι μεθ' ἡμῶν Βίοις) infirmioribus obsecuti, reddimus inceptissime, ut cerneret quid cui responderet, hoc pacto. οὐ τι μεθ' ἡμῶν Βίοις, ad cū nobis uitam. Articulū enim τὸν, qui uariis modis explicari potest tāquam negleximus, εἰ Scholijs ipsum declarādū re liquimus. Itaque articulus qui afficit præpositionē cū casu, reddetur cōmodo aliquo adiectiuo, τὸν μεθ' ἡμῶν Βίοις, agendam nobiscum uitam, pag. 152.

Versu. 7.

μεθ' ἡμῶν) apostrophos est, pro μεταὶ ἡμῶν, pā  
gin. 7. Græci autē hic à Latinis dissentunt, naturali  
præpositionis ordine scrutato, dicētes μεθ' ἡμῶν cū  
nobis, pro quo Latini nobiscum. Ceterum μετὰ cū,  
Genituum habet: at μετὲ post, Accusatiūm.

ἡμῶν) Genitiūs plu. à Pronomine τρώω, pag. 87. Versu. 8.  
Βίοις) οἱ Βίοι vita, Tertiæ declinationis.

πρὶ πάντῃ μαθόης) priusquam didiceris: πρὶ πάν-  
tequam, priusquam.

ἄπι μαθόης) hæc cōiunctio ἄπι, nūc est potētialis,  
οὐκ ἄπι φάσις, nequaq̄ dicas, hoc est, haud possis di-  
cere, nūc planè uacat. Vide Budæu in Comētariis lin-  
gue Græce, ubi usum explicat, et quibus modis iun-  
gatur, Tu interim quoties obuia fuerit hæc particua-  
la, securus negligē tāquam ociosam, donec in istis lite-  
ris plus roboris collegeris. Multa dis̄simulāda sunt,  
ut loco εἰ tempore discantur commodiore.

πρὶ τρόπος) de modo, præpositio πρὶ cū Geni.

τρόπου) Nominatiūs οἱ τρόπος, ut οἱ λόγοι, ma-  
sculinū est, quod inspecto disces Lexico, siquidē Ge-  
nitiūs τοῦ τρόπου cōuenit utrius generi, siue di-

catur, ὁ πρόπτερος, siue in neutro τὸ πρόπτερον, ut τὸ  
ἔγαλον, utriusque enim Genitius est τοῦ πρόπτερου.  
A uerbis quorū penultima est ε, deducuntur nomina  
cōuerso ε in ο, λέγω dico, λόγος sermo, πρέπω  
uerto, πρόπτερος, mos, modus: item aliud προπτή mu-  
tatio, ut ab ἐπισέλλω, id est, mando, mitto Episto-  
lam, sit nomen fœmininum ἐπισολὴ, id est Epis-  
tola: nam latinitate donatum est.

τι) aliquid, neu. à cōmuni τὶς τνὸς, hoc est, aliquis,  
quispiā, uel quidā, quæ tria Græci unica uoce dicūt.

τι μάθοις) aliquid didiceris, noris. Budæus adiu-  
tus præsidio copiae uersionem fecit speciosiorem, dñ  
pro didiceris, uertit compertum habcas.

μάθοις) μαθδάνω disco, secundum Aori, è capit à  
μαθέω inusitato: unde Futur. μαθήσω. Aor. prim.  
ἐμαθήσαι: secūdus, ἐμαθού, abiſiendo ex Aoristō  
primo penultimam uocalem cū consonatè sequente,  
nēpe κς, de hoc pagin. 55. Ab ἐμαθού Optatiuus est  
μάθοιμοι μάθοις, ut ab ἐτυποῦ fit Τύποιμι Τύποις.

καὶ) ε coniunctio copulatiua. Quomodo discen-  
de partes orationis indeclinabiles, scriptum Codice

Versu 23. Versu 28. A II. in ὠστῷ.

τῆς διεργωῆς) σικέγω dego uitā traduco, à δικε  
versu 23. et ἄγω, reiecta ultima præpositionis uocali, propter  
uocalē sequentem, pag. 29. Ab ἄγω ε cōpositis uer-  
balia fiūt, adiectione syllabæ γη, ἄγω ἄγωγη, σικέ  
γω σικέργωγη, εισἄγω εισεργώγη, sic à δικερω fit  
διαγωγη, id est institutum uite ε uiuendi ratio.

σόμη ἥμηρτως) σός, σή, σόμη, tuus tua tuū, pronom.

possessuum, pag. 27. Scribitur hic σὸν graui accētu propter sequentem dictionem. Codice A. u. in ἐπιστολā, quod si poneretur in fine iustæ sententiae, iam acueretur, οὐκόνμα τὸ σὸν.

ἥπ ὄρτως) est re uera, ἥπ imperfectum ab εἰμὶ pagina 115. sed crebrò ponitur pro præsenti δῖ, Versu ulti. sic ἔδει pro δῖ, ἐχλῶ pro χῷ.

ὄρτως) profectò, reuera, aduerbiū à genitiuo plurali participijs uerbi substantiui, ὥπ, ὄρτως τῷ ὄρτωψ, v in s ὄρτως, pagina 91. Versu 12.

διανόμα sensus, à διανόμω, simplex vocē, Futu. νοήσω, Præte. acti. νεύόμα. Paſi. νεύόμα, unde uer bale τὸ νόμα, pagin. 97. ablato incremēto, et ueroſo Versu 14.

μα in με, compositū διανόμα: Ut ueroſo facilior sit thematis inquisitio et utilior, memores esse cōuenit, unde tēpora formētur, et sensim tāquām per gradus sursum ascēdamus ad originē, donec inuentū sit præ sens Indicatiui modi: est enim thema hoc pacto, οὐε νόμα, reiſce præpositionē, erit νόμα uerbale in με quod fit semper à Præter. paſs. prima persona, sublatō augmēto: erit igitur νοήσω à νεύόμα: porro Præt. paſs. formatur ab actiuo, uertēdo φα in μα, χα in γμα, uel κα in μα: fuerit ergo νεύόμα ab actiuo νεύόμα, ubi autē κα in Pr. desinit Fu. in σω, nisi sit Quintæ coiugationis, proinde Futurū erit νοήσω: nam in Quinta coiugatiōe dicere νοήσω, contra canonem est, qui præscribit penultimā Futuri Quinte coiugatiōis esse breuiādā: et alioqui si Futurū es- sit νοήσω, Præſens effet νοήσω, quod nusquam appare

bit: Lexico, relinquitur igitur Futurū vōnōsō, id qđ proficiscitur à præsentī Tertiæ cōiugationis vōnōsō, vōnōsō, vōnōsō. aut Quartā vōnōsō, vōnōsō, siue vōnōsō: aut Sextā vōnōsō: aut Prime circūflex. vōnōsō, vōnōsō: aut Secundæ vōnōsō vōnōsō: siquidē omnī iſtorū Futurū effet in σω, uerum nullū eorum ostendet Lexicon præter vōnōsō. Hanc thematis rimādi uia diligēter obserua: parat enim mirā facilitatē, ut statim occurrat origo, unde tpa manare queat, de hoc uide pagi. 112.

Versu. 6.

(γ τὸν; Φυχῆς) ex tui animi, hic utitur posse= siuo pronomine, σός σή σόψ, tuus, tua, tuū, fœmininū ήση, Genitiuus τῆς σῆς: poterat uti primituo Geni tiuo σοῦ τῆς Φυχῆς, hoc est, ut uctusto morē loqua mūr, tis animi pro tui animi: siquidē Graci Genitiuos primitiæ speciei μοῦ, σοῦ, οῦ, ήμῶψ, ίμῶψ, σφῶψ, etiā actiue et possessiuè capiūt: apud nos aut̄ mei, tui, sui, nostri, uestri, tātū paſsiuè: actiue autē et possessiuè usurpāt ueteres mis, tis, sis, nostū, et ue= strū: tria mis, tis sis, exoleuerūt: nostrū et uestrū tan tū partitiuè capiūt. uterq; nostrū, quilibet uestrū.

Φυχῆς) ή Φυχή, τῆς Φυχῆς, Secundæ declinatio. τῆς πάντας τα τῆς μιδέρ τιθεμέλιης) ordina sic τῆς μιδέρ τιθεμέλιης πάντας τα τῆς, nihil facit, entis omnia hic subaudi posita. Interpres non male hūc locū extulit per secundā personā, hoc modo qui huius mūdi bona prorsus nihil esse ducas. tamē Genitiuus τῆς, τιθεμέλιης referēdus est ad substantiū, quod præcedit, nēpe τὸν Φυχῆς, tuis, inquit, hic est profecto, animiq; tui sensus, Φυχῆς, inquā, hoc

est, animi uel animæ, τῆς μηδὲμ τιθεμένης, hoc est, nihil esse ducētis, aut quæ nihil esse ducat. Partici-  
piū enim uariè redditur, nūc aduersum quiddā indi-  
cas, nūc causam explicās ut hoc loco, τὸ μηδὲμ τιθεμέ-  
νης, nihil ducētis, quæ nihil esse ducat, hoc est, ut q̄,  
aut quippe quæ nihil esse ducat. Proinde quæ p̄ par-  
ticipia Græcis effrūtur, nos Latinitate dōriabim⁹ p̄.  
eiusmodi cōiunctionē, q̄ cōmodissimē facit ad sensum  
παρτία) omnia, ὁ πᾶς, τὸ παρτός, οὐ πᾶσα, τὸ πᾶ-  
σης, τὸ πᾶψ, τὸ παρτός, Accusatiuus pluralis neu-  
tri generis, τὰ παρτά, accētu in priore, licet Geni-  
tiuus sit παρτός, non παρτός, uide pag. 145. Versu. 14.

τὰ τῆς) Articulus aduerbio iūctus, mutat ipsum  
in adiectiuū, χθές heri, ὁ χθές hesternus, οὐ χθές he-  
sterna, et ita p̄r omnes numeros et genera. pa . 152. Versu. 7.  
Aut in isto articulo Participiū intelligitur uerbi sub  
statiui ὁρ, οὐσα, ὁρ: aut aliud quippiū, quid loco ex-  
sentetiē cōgruit, scrutageneris, numeri, et casus ra-  
tione, εἰκῇ illic, οὐ εἰκῇ qui illic est, habitat, abulat et  
cetera, οἰκοι domi aduerbialiter, τὸς οἰκοι, intelli-  
ge, οὐτας existētes, hoc est, domesticos, sic τὰ τῆς  
intellige οὐτας, aut aliud quod quadrat, id est, que  
hic sūt uel geruntur, que in hoc mūdo sita sunt,  
etc. Est autē τῆς aduerbium sub forma Datiui fœ-  
minini, cuiusmodi plurimā sunt profecta ex secunda  
declinatione, habetq; et uel s̄ diphthongum impro-  
priā, οὐκοσία publicē, ισλία priuatim, οὐσία uiolen-  
ter, παρέρνοσία cōfidēter, liberē, sic ἄλλη, παρτή,  
πῆ, οὐτη, κρυφῆ, παρουσῆ, έντη, ησυχῆ, κομιδῆ,

πολλαχι, πανταχι, ουτλη, τριπλη, τετραπλη,  
ωνταπλη, τευτη, ad cundē modū τηδε, quod fit  
ab articulo præpositiuo ὁ, ἥ, τὸ qui aduētu particule

Versu 9. de, capitul. p demostratiuo, pa. 112. ὁδε, p ὄντος hic.  
ἥδε hæc, unde D. T. huic, ετ̄ aduerbialiter hic.

Versu 2. Μηδέψ) nihil, ὁ μηδείς, ἥ μηδεμία, τὸ μηδέψ. p. 16.

Versu 14. τίθεμενς τίθημε, pag. 70. pas. τίθημαι, part.  
ὅτιδεις, ἥτιδεμεν, Genitius τ̄ ὅτιδεμενς, id est,  
ponētis, faciētis, ducētis. Apud Atticos enim paſſiuia  
capiuntur actiūe, et alioqui deponētalia et media uer-  
ba, idē habent præsens et imperfectū eū paſſiuis. Por-  
rò τ̄ ὅτιδεις hoc loco significat idē quod λογίδεις id  
est, ducere atq; existimare, μηδέ τίθεδις nihil fa-  
cere, μηδέ τίθεδις parua habere, ὑσεροψ τίθεδις post  
habere, παρόντερον τίθεδις, p nihil ducere nihil fa-  
cere. Verū ista persequi nō est præsentis instituti, tā  
tū illud studiosos adolescētes admonitos uelim, si lin-  
guæ Græce proprietatē, et elegatē uocabulorū usum  
tenere desideret, ut cōmētarios Budæi summa cura  
perlegat. Reperiēt enim incredibilē quēdā thesa-  
rū. unde ad copiose scribēdū reddētur instructissimi.

Πρὸς τὴν μακεροτηταν) ad beatitudinē, nihil du-  
cētis, inquit, ad beatitudinē, hoc est, præut est beati-  
tudo, capitul. πρὸς, ut apud Comicū præpositio ad,  
nihil ad nostrā hanc, id est, præut nostra hæc est for-  
mosa, οὐδὲ πρὸς τὴν μετροψαν ταῦτη.

Ἐπαγγελίας) in pollicitationibus, adiectiuum  
diuinis, Interpres explicandi causa posuit.

Ἐπαγγελίας) A nominibus in ὅς tā substantiuis

B 10. quā

quā adiectiuī deducuntur substantiā in īcē nākōs malus, nākōce malicia, ἀγγελος nūtius, ἀγγελīx, res que nūciatur, ab ἀγγέλω nūcio, cuius compositū ἐπαγγελλω ex prepositione ἐπί, et in uoce deponētali ἐπαγγελματ) promitto, hinc ἐπαγγελθ, unde ἐπαγγελīx Secundæ declinationis, Datius pluralis ταῖς ἐπαγγελīoīs.

Versu. 8

ἀποκειμένῳ uerbū κεῖμα, pagina 120. compositū ἀπόκειμα re video, repositus uel depositus sum, part. ἀποκειμένῳ repositus, fœmininū n̄ ἀποκειμένῳ Secūd.declin. Accusatiūs τλῶ ἀποκειμένῳ.

Nec miretur quis, quod uerbū præsentis tēporis ἀπόκειμα uertitur repositus sum, et itē participiū ἀποκειμένῳ præsentis tēporis per preteritū repositū,

uide notata Co. A 13. in ἐπιφανεύενς. Neq; prætc Versu. 23

rea hic laborandū est, ut quia uerbū κεῖμα nobis occurrit, totam illius ediscas coniugationē, sed ubi

excusso accus. ἀποκειμένῳ, ad ipsum thema peruer-

neris, nēpe κεῖμα, hic silendū erit, nec ultra præ-

sens tēpus progrediendū. Id quod in omnibus obser-

uabis, ne longius curā extendas, quoniam præsens locūs

postulauerit. Si quis occurret obliquus, nō quiescen-

dū nisi reperto Nominatiuo, si ipse inciderit Ntūs,

aut thema uerbi, nō scrutabimur anxiè que inde tē-

pōra deducantur. Cæterū quia ad consummatū grā-  
maticum pertinet, etiam illa tenere, que posteriore  
parte nostrarum Institutionū carptim scripsimus,  
que incipiuntur, pagina. 92. consultum uidetur, non  
quidē ea solum ediscere, ut sparsim in excutiendo li-

Versu. 13

bello quopiā obvia erūt, sed huic quoquerē postea

B II tēpus

## 28 M E D I T A . G R A E C .

tempus suum tribuere, et à capite ad calcē usq; per legere, serio studio haud aliter atque feceris in praceptione primorum rudimentorum.

ἥμινος nobis, Datius pluralis ab ἔγω.

Μακάριότητα) ὁ μακάριος, inde οὐ μακάριότης. Καὶ μακάριότητα, uide in uoce οὐ μακάριότης, Codice A. 14. Accusatius τὴν μακάριότητα.

Versu. fi.

Ἐγὼ δὲ λέποιῶ αὐτὸς αὐτὸν θεάσθαις ταύτης, νυκτὸς οὐ οὐμέρας, γράφει αὐχένομας, κατέληπτοι λέγαρτας γνῶσθαις διατριβέσθαις μυρίων κακῶν διφρεμές, έμαυτὸν δὲ οὐ πω απολιπεῖν οὐδιώθην.

Ego uero que quidē facio ipse in solitudine hac nocte et die, scribere erubesco, dereliqui quidē enim in urbe occupationes tanquam sexcētorum malorum causas, meipsum autem nōdum derelinquere potui.

Equidē scribere ad te nō sustineo præ pudore, qui in hoc extremorum finium recessu interdiu noctūq; agito, tāetsi enim urbicas occupationes pro derelicto habui, ut sexcētorum malorum causas, me tamē nondum ipsum etiam habere pro derelicto quiui.

ἔγω δὲ) cōiunctio δὲ uariè redditur, autem, uero, ceterum, porrò, sed, tamen. inō, rursus, contrā, quin potius, ut sententia postulat.

αὐτὸν ποιῶ) αὐτὸν articulus subiunctivus, neutri tñlularis, pag. 90. αὐτὸν est coniunctio, ποιῶ à ποιέω, circumflexorum prime coniugationis.

Versu. 15. Αὐτὸς) ipse, pronomē aptū tribus personis, pa. ss. ἐπιθὲτος) in solitudine, ἐπιθὲτος genitiuo.

ἴχαλεῖς) ἢ χαλεῖς Secundæ declinationis, Genitius  
us ἢ ἐχαλεῖς per uocalē α, quod desinat in a pu-  
rum. Cur autē scribatur Genitius ἐχαλεῖς per α cir-  
cunflexum, notatum, pa. 144. Interpres ἐχαλεῖς uer-  
tit extremorum finium recessu: significatur enim hac  
uoce prædia ab urbibus semota, recessus, et solitudo  
ab hominū strepiture remota, ab ἐχατεῖς extremus.

Versu. 12.

ταύτης) demonstratiuum, οὐτεί hic, αὐτη  
hac, Genitius ταύτης, pagina. 88

Versu. 2.

Νυκτος ιγ̄ ήμέρας) nocte εις die, tempus collo-  
catur in Genitio, pagina. 149.

Versu. 12

Versu. 7.

Νυκτος) ή νύξ nox, η νυκτος noctis, pagina. 13. Versu. 8.  
Quāquān huiusmodi sat fuerit indicasse Nomina  
tium, quo cōspecto, facile cognouerit lector, quo-  
modo Genitium et reliquos casus querere debeat,  
nō ignorans, quem ordinem in recessendis termina-  
tionibus obsaruauerim, de quo Codice B 3.

Versu. 8.

ήμέρας) ή ήμέρα Secundæ declinationis, Geniti-  
us η ήμέρας, quia exit in γε.

Γεέφεψ) Infinitius præsentis tēporis, ut τύ-  
πδη, ab Indicatio χάφω, quod cūm sit thema,  
sistendum est, nec extra propositum inquirēda sunt  
reliqua tempora, Codice B 12.

Versu. 16.

αἰχνόμαι) αἰχνώ dedecoro, pudefacio, suffun-  
do pudore, αἰχνόμαι pudeficio, erubesco suffuna-  
dor pudore, habes thema, ne longius angaris, ut reli-  
qua rimeris tempora, sed hic sistas.

Ceterū que uerba paſſiua uocis, ut est αἰχνόμαι  
sunt reuera uerba paſſiua, que autem deponētia, ε.

actiuo carentia, lectione autorū, ut pleraque calia, di-  
scēdū est. Interpres χαρφηρ αὐχύνομαι uerit sic,  
scribere ad te non sustineo præ pudore, quod specio-  
sius est & numerosius, quam si uerbum uerbo reddia-  
diiset, scribere erubesco, pro uno uerbo αὐχύνομαι;  
id est, erubesco, substituit multa per periphrasim;  
nō sustineo præ pudore. Quādmodū autē rationes  
copie plurimum ualēt, ad parandā uersionis elegan-  
tiā, ita & omnibus locis magno sunt usui, & ijs po-  
tiſſimū medentur incommodis, quæ adſert linguarū  
illa proprietas & phrasis. Proinde si quis expeditiū  
& elegātem interpretēm præstare ſtudeat, sermonis  
uertatē ſibi cōparet, & tanq; in numerato, pofitūq;  
ob oculos habeat quicquid Erasmus de hoc genere  
præcepit, uir præter alias dotes innumerā, hac ad  
miraculū uſq; ſuſpiciēdus, quod ita Græca in latinū  
uertat, ut nullū Græcitatē uestigium appareat, idq;  
ea' fide, ut nec ſentētia quid addat, nec detrahat, cū-  
que nihil minus ſpectet, quam ut totidē uerbis redi-  
dat, tamē incredibili quadā dexteritate plerūq; aſſe  
quitur, ut citra ſenſus iacturā, diſtioñū tamē nume-  
ro reſpōdere uideāt: hoc credo maximē fretus, quod  
ſcribēdi uſu iā meditatū habet, quomodo in quāuis  
faciē formāda ſit oratio. Quò factum eſt, ut illius in-  
terpretationes, præterquām quod Græcanicas figu-  
ras nusq; redoleāt, hoc etiā eximiū præ multis alijs ſi  
bi poſſint aſſumere, quod tamē fontes Latini eſſe  
credātur, nō autē ē Græcis fontibus hauriri. Sic uero  
interpretē agere, & numeris omnibus interpretis fi-

dē præstare, neq; tamē alii quām ipsum uideri argu  
mēti autorē, id demū absoluti artificis est. Evidē  
pro mea tenuitate nō possū doctissimos viros in hoc  
negotio uersatos inter se se cōmittere, et de uno quoq;  
cēsurā ferre, sed tamē omnibus cāandidatis linguae Grā  
cē nō dubito cōsiliū dare, ut huius uiri uerſiones di  
ligētissimē perlegāt, excutiant, et imitari conētur.  
Alia in alijs eminēt, neque omnia sunt in omnibus ille  
lustria, interpretē fidelē, Latinū, et elegantem, fa  
cilē, et commodū in uarijs periclitatu, nisi nobis ex  
hibuit Erasmus, nemo unquam est exhibitus.

**χαρφεψ αὐχίνωμα**) Valde usitatus est Grecis  
Infinitiu, ubi nos gerūdijs utimur et supinis, ut dixi  
mus Codicc. B.2. in uoce πρός τὸ ἐποῖσθαι, uerū  
et alioqui, quēadmodū apud Latinos, certa quēdā  
uerba gaudēt Infinituo, ita et apud Grēcos, βόλος  
μας λέγει, uolo dicere, οὐ τολμῶ ποιεῖμ, nō audeo  
facere, et c. horū est hoc loco αὐχίνωμα χαρφεψ,  
erubesco scribere.

**κατέλιποψ**) λείπω linquo secūd. Aori. ἐλποψ,  
pagin 32. sic à κατάλείπω composito, id est, derelin  
quo, secūd. Aori. κατέλιποψ nō κατάλιποψ: quia  
ἐλποψ incipitur à uocali, pagina 28.

